

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre XIItemMythologia, Venise, 1567 - X \[84\] : De Apro Calydonio](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [84] : De Apro Calydonio

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[84\] : De Apro Calydonio](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 03 : De Apro Calydonio](#)□

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[84\] : Du Sanglier de Calydon](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[84\] : Du Sanglier de Calydon](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologiæ I

nostris beneficiis, hac fabula admonebamur. Significant præterea deuitandam esse omnibus curiositatem, & earum rerum studium, quæ nihil ad nos pertinent: quoniam multis perniciofa fuit arcanorum consiliorum principum cognitio.

De Hercule.

VT autem demonstrarent sapientiam esse donum Dei, nullamque virtutem esse sine diuina voluntate, Hercule, quæ fortitudo est, & probitas, & animi magnitudo in omnibus vitiis proffigendis, voluptatibusque conculcandis, Iouis filium finxerunt: proxime enim ad diuinam naturam vel viuētes accedunt, qui per summam integritatem & beneficentiam in omnes cum summa omnium laude suam ætatem transigunt. vt autem ad hoc incitemur non erit inutile alienæ virtutis exemplum, atque in primis superbia, & ira, & arrogantia, & animi furor monstra grauissima placanda sunt, omnis crudelitas ex animo tollenda, omnes illegitimi animi motus reprimendi, omnis voluptas parum honesta auertenda, auaritia præterea, rapina, latrocinia viro bono fugienda, subleuandi iniquè oppressi, intemperantia omnis & libido extinguenda, ad quam si quis vel paululum conuiueat, ab appetentia tanquam rapidissimo flumine deferretur ad multa turpia & viro bono planè indecora. Atq; cum voluptatum omnium finis sit dolor & miserix, si quis neglecta virtute & animi constantia ad has prolabatur, is sentiet demum quam miserum sit turpibus cupiditatibus inferuire.

De Acheloo.

NE QVE elementorum solum procreationem inter se mutuam, aut animalium, aut ventorum ex vaporibus, aut fulminum per fabulas significabāt antiqui, sed etiam fluuiorum ortum, & rerum singularum generationem. Quare Acheloum Oceani filium dixerūt, cum ex oceano omnis etiam aquæ dulcis natura originem capiat. Quamuis senserunt alii postea ex aere in aquam verso flumina generari.

De apro Calydonia.

AT verò non vnum exemplum, sed plura fabularum nos ad Deorum cultum inuitabant, propositis etiam grauissimis suppliciis illis, qui religionem neglexissent. Sic igitur Cyclops, quia Iouem contemneret, ab Vlyse obcecatus fuit, & aper Calydonius regionem late deuastauit Aetolorum, quia Oeneus Dianæ cultum neglexisset. Nam cum nulla calamitas sine Deorum consilio & prouidentia contingat, tum nihil certe sit horum, nisi propter hominum improbitatem. Nam propter peccata veniunt aduersa.

De Centauris.

AD reprimendam autem temeritatem impiorum & sceleratorum hominum, qui libidine & cupiditate ad quæuis turpia feruntur, quæ in commoda passim sunt centauri per res eorum gestas explicarunt. Nam qui vino im-

mode-